



11

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.



DE SENTENTIA NO-
VELLAE CLX.
CAPITIS I. ET II. EXTRAVAG

De Emt. Vendit.

ALIORVM QVE IVRIVM

De Annuis redivibus Disponentium

Disputatio Publica

SUB PRÆSIDIO

DN. JOH. OTTONIS TABORIS,
U. J. D. ET ANTECESSORIS IN ILLUSTRAR-
GENTORATENSIVM ACADEMIA, JURIDICÆ FA-
CULTATIS SENIORIS, COD. ET FEUD. PLA-
CIT. P. P. CELEBERRIMI, Dn. PATRO-
NI ET PRÆCEPTORIS SUI
submissè colendi

PROPOSITA

JOHANNÈ GEORGIO WERNER
Rotenburgo-Tuberano.

Ad diem 27. Augusti.



ARGENTORATI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI THILONIS.
ANNO 1711.

653.

Gepp. 22
a.
xxx

7651, 13.

14

220
VIRIS

Magnificis, Nobilibus, Amplissimis, Prudentissimis admodum Reverendis, Doctissimis, Consultissimis, Experientissimis, Clarissimis, Spectatissimis, Humanissimis:

Dnn. CONSVLIBVS ET RELIQVIS

Senatoribus inclytæ Imperialis Reip. Rotenburgo-Tuberanae eminentissimis-Gravissimis:

Dnn. PASTORIBVS, & ECCLESIAE MINISTRIS
optimè Meritissimis-Vigilantissimis:

Dnn. DOCTORIBVS, ADVOCATIS & PHYSICIS,
Excellentissimis-longe Celeberrimis:

Cunctis itidem predictæ Reip. Parastatis Dignissimis-
Fidelissimis:

Nec non Scholæ ibidem optimè constitutæ PRÆCEPTORIBVS
Diligentissimis-Laboriosissimis:

Ceterisque Politioris literaturæ CIVIBVS Honestissimis-integerrimis.

Dnn. Patronis, Fautoribus, Avo, Parenti,
Propinquis, Cognatis, Amicis, æviternum Venerandis,
reverenter colendis, decenter suspiciendis,
comiter amandis,

hanc Disputationem, studiorum Academicorum
primitias, pietatis & observantiæ pignus

offert.

consecratq;

JOHANNES GEORGIUS Albrecht/
R.



Anus jam elapsus est tertius, quo uberi-
 oris ingenii cultus capiendi gr̄tia, ad A-
 thenas has Alsaticas me contuli: Ne ve-
 r̄o temporis istius pr̄terlapsi spatio oti-
 osus & desidiosus vixisse, animumque
 in mollioris otii nexum dedisse videar, exercitationem
 hanc Academicam pro viribus defendendam VVrisq;
 Magnif. Nobil. Amplitud. Rever. dignit. Excell. Clarit.
 Humanit. & Dnnbus inscribendam constitui. Susci-
 pite erḡo, ō Viri Magnifici, Nobiles, Amplissimi, Pru-
 dentissimi, Admodum Reverendi, Doctissimi, Con-
 sultissimi, Experientissimi, Clarissimi, Humanissimiq;
 hunc meum conatum æqua & serena fronte; meq; Ve-
 stro favore dignum judicate. Scripsi Augustæ Trebo-
 corum die 16. Augusti, Anno Redemptionis nostræ.
 M DC LI.

VVrarum

*Magnif. Nobil. Amplit. Prudent.
 Rever. Dignit. Excell. Clarit.
 Humanit. & Dnnorum*

*Observantissimus & Officio-
 sissimus*

Prænominatus R.,

Ad

Ad Præstantiss. Doctissimumq. Virum-Iuvenem
DN. JOHANN-GEORGIUM Albrecht/ Rotenb. Tuber.
SS, LL. studio impense deditum,
Adfinem & Propinquum Karissimum,
in alma Trebocorum Acad. lurid. publice disputaturum
Incentivum.

Cancellos intra tua quando Industria privos
Iam spectata satis, Jane George, cluit;
Edere publice item Specimen cur, obsecro, cessas
Ingenij, & studij promere primitias?
Excute corde metum, vultu depelle pudorem;
Quippe metus, pudor & vanus, inanis is est.
Intrepide ergo-igitur Cathedram conscende, profectus
Pulcre ostensurus, Iuris in arte, tuos.
Iuris in arte, cui totas impendere luces
Visus es, & noctes hætenus ipse vigil.
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.
Sed sciet, ostendes tute ita temet ubi.
Hinc tua laus surget, Genitor sed gaudia carpet;
Verum olim fructus Patria grata metet.
Fiat ita! (Votum Deus audiat æthere summus,
Quod voveo toto pectore) Fiat ita!

Atque pauculis hisce amantiss. Corculo
suo calcar q. addere & ad majora
subinde audenda stimulum sub-
dere voluit

Corpore absens, animo præsens

JOH. GEORGIUS Styrkel/
Rotenb. Tub. Consularis.

PRomisi carmen: sum debitor: exigis? obstat
ne solvam ingenii portio parva mei.
Do prædem: acceptas: cautum est: sub Præside tanto
excute: jam res est integra: victor eris.
Autorem Patriæ servent ô Numina tanti
Præsidi, & studiis præmia prima tuis.

*Honoratissimi Dn. adfinis filio florentissimo,
amico, gratulabundus posuit*

J. M. MOSCHEROSCH.

Con-



Consultationis Academicæ

De beneficio *L. 27. §. 1. C. de Usur. & Text. Parall.*

PARS TERTIA,

Quâ Limitationes & Exceptiones ejus Regulæ,
tum veræ, tum suspectæ, examinantur.

ARTICULUS I.

De Limitatione primâ Legali & Canonica *ex Novell. 160.* orta, ac *annuos redditus* concernente: & quàm malè illa partim allegetur, partim impugnetur.

I.

Reddidimus hæcenus Legislationi Justinianæ, *de altero tanto* disponenti, pro virili nostrâ, vigorem suum & robur inconcussum, ac demonstravimus, sententiam consultationis nostræ, nec irrationabilem aut illegitimam esse, nec à fori tritura aut iudicio Doctorum Jurisconsultorum abhorrere: sed omnibus sæculis ferè probatam receptamque fuisse: *Conf. quem post illa denuò typis descripta demum nactus sum, elegantem tractatum Magnif. Dn. D. Carp-zovii, inscriptum, Asylum debitorum, cap. I. §. 15. n. 137. & seqq.* De causis *residui, si- conscientiâ secundum hanc legum sanctissimam regulam casus in ve supple- facto contingentes decidere; arg. pr. I. de offic. judic. ibi: in pri- menti so- mis illud observare debet iudex, ne aliter judicet, quam legibus, lutionis, aut constitutionibus, aut moribus proditum est, jung, Novel. 8. Bon nach- cap. trâgen.*

T

cap. trâgen.

cap. 12. & Novel. 82, c. 13. Thoming. decis. 16. n. 16. & seqq. ubi n. 18. ex Bald. & aliis monet; iudices sequi oportere, regulas & decisiones legum; non a. Conscientiam suam aut æquitatem legibus adversantem; cum vera conscientia illa demum sit, quæ ex fonte legum, per ora principum divinitus promulgatarum, existat atque promanet. Add. Pingizet. quæst. 20. n. 71. *Qualis erat, qui nuper admodum, nobis, his pene verbis offerebatur: Proponebatur, inquam Titius Anno 1623. credidisse Cajos fl. 300. in moneta illa viliori, eo temporis articulo etiamnum currente & usuali, adjecto captiosè pacto, ut intra sexennium proximum, pecuniam creditam nec rependere, si de solvere; nec repetere alterutri contrahentium fas esset. Tametsi a. lege deinceps publica valor moneta vilioris ad tertium ferè nummum reductus fuisset. Debitor tamè, superstite Creditore suo, non ausus erat exceptionem hanc objicere, potentiam forte adversarii reverit, adeoq; usuras quincunces ad annu usq; 1642. solverat, qua in unâ summâ collata flor. 276. efficiebant: Quarèbatur, an Debit. iste, deinceps à Sortis & Usurarum solutione liberandus esset? Respondebam: Quia Sors revera & juxta reductionis legem aestimata, tantum 100. fl. numerata fuisset, neque de meliore & felicio-re colloca-tione debitoris quicquam allegaretur aut probaretur; judicem a placitis juris nostri nihil alienum admissurum, si exceptioni alterius tanti à reo non omi-ssa, sed studiosè inductæ, opposita ac per omnia requisita sua demonstrata, locum relinqueret, juxta ea, quæ supra ex Thomingio & aliis adduximus. Faciunt rationes p. 52. & 80. adductæ, Novel. 121. c. 2. ibi: nihil ultra duplum. Quod si pars exceptionem istam non alleget, videbatur equidem ulterius dicendum; judicem in pronuncian-do eandem nihilominus atten-dere & supplere teneri. arg. l. un. ibi: quod sciet legibus & juri pu-blico convenire. C. Ut quæ defunt advocatis partium iudex sup-pleat. Vbi gl. & Dd. constituunt: si Advocatus legem pro se faci-entem non adduxerit, judicem hoc omissionis delictum corrigere & supplere, & secundum legem omi-ssam judicare debere. Perez. in prælect. ad d. tit. n. 1. Maxime cum Imp. in ipsa l. 27. §. 1. C. de Usuris digi-tum eò intendat, in verbis; ultra duplum minime procedere concedimus: & amplius ibi: in b. f. iudicis, ceterisq; ca-sibus omnibus servari censemus. Quia tamen in ista specie multa occurrunt & incurrunt, qua facti causam implicant & ulterio-rem discussionem postulât. arg. Novel. 138. ibi: si preces veræ sint, & Novel. 121. ibi: non admisisse ipsos. Excusari iudicem purem, si non allegatam exceptionem, pro contempta habeat. per trad. Vigili in dialect. jur. lib. 3. cap. de his quæ ipso jure nulla sunt, Tulden. in Cod. d. tit. Ut quæ defunt, n. 2. vers. Quod si verò,*

Quia verò ipse Justinianus ab istâ Constitutione regulari, unum atque alterum casum excepit; necessarium est, ut ipsas quoque exceptiones illas perpendamus, & à suspectis limitationibus discer.

discernamus, maximè cum Justinianæ à nonnullis explodantur, aliæque ex aduerso, sed futiliores minusve probatæ, substituantur. Exceptionum autem virtute roborata, ipsa regularis Constitutio magis firmabitur, & ceteræ subleste limitationes, eò fortius excludentur. *arg. l. questum 12. §. 43. vers. nam qui. De instructo & instrum. legat. & exemplo l. 18. de testibus. ac l. 28. §. 6. Qui testam. fac. poss. Hartman. Pistor. 2. questio. 27. n. 7. p. m. § 67. Cubach. brocard. 7. pag. 20.*

2. Et in initio quidem Dd. communiter annotant, Justinianum ipsum excessum alteri instanti admisisse in annuis redditibus, (sic illi indefinitè rem efferunt,) Si enim intra legitimum modum & juxta Recess. Imper. de Anno 1548. in reform. polit. sub Tit. Von Bucherlischen Contracten §. Und demnach die Widerkauffs-Bülten: ac Constitutiones similes, annui redditus alicui promissi sint aut constituti: Vel ex Justinianæ concessione, etiam in infinitum eos exigi posse, licet ultra alterum tantum pretii emptionis jam exsoluti sint, Communi ore Dd. tradunt, v. *Gail. 2. observ. 7. n. 8. & 15. Borehold. de usur. cap. 4. n. 33. Frider. lib. 2. cap. 72. de processib. n. 3. & seqq. Berlich. 1. decis. 30. n. 5. Quod & Canonico Jure approbatum ajunt, nempe per cap. 1. & 2. Extravag. de emt. Vendit. & Pium V. 7. Dec. lib. 2. tit. 12.*

III. Rationes differentie inter usuras & redditus annuos plerumque has assignant (1.) quod annuorum reddituum comparatio instituat per emptionem venditionem: Itaque emptor non tam ex re aliena; quam ex propria fructum percipere videatur, quem in infinitum excurrere nihil vetet; *Sunt ea verba Gail. d. n. 7. Carpzov. part. 3. Jurispr. Forens. constit. 24. definit. 12. n. 5. & seqq. Fructus enim non cadunt proprie sub usuræ appellationem; sed sub causæ & ipsius adeò rei persecutionem, inq. Molinæus, de Usur. n. 604. vers. 5. coll. Carpz. quest. Crimin. 92. n. 64. & in Jurispr. Forens. d. part. 3. constit. 24. definit. 19. n. ult. Quæ ratio à Martino Pontifice canonifata est, in d. cap. 1. & 2. Extravag. commun. de emt. vendit.*

IV. Addunt (2.) alii etiam generalem hanc differentiam, quod usuræ saltem jure divino odiosæ sint, (de jure enim Civili *ap. V. Bonnegat Cujac. in recit. ad lib. 3. quest. Pauli in l. 40. de reb. cred. cat. 11. de pag. 1020. B. eas ullibi odiosas vocari: & Canonico prohibita: contra* *De omni jure id a- struunt Dd. ap. V. Bonnegat Cujac. in recit. ad lib. 3. quest. Pauli in l. 40. de reb. cred. cat. 11. de pag. 1020. B. eas ullibi odiosas vocari: & Canonico prohibita: contra* *interd. uti possid. c. 18. n. 170.*

148 PART. III. ART. I. AN EXCEPTIO ALTER. TANTI
contra verò annui redditus sint omni Jure approbati *d. cap. 1. &*
2. Perez. in Parat. C. de Usur. n. 17. latè Gudelinus de Jure novissimo
lib. 3. cap. 3. n. 36. & seqq. Unde Dn. D. Frider Balduin. *lib. 4.*
cas. cons. cap. 3. cas. 4. quæstionem, an *divitiæ illæ rectè partæ sint*
quæ per usuras colliguntur? In Universum hac distinctione deter-
minat: inter usuram propriè sic dictam & inter compensatio-
nem, seu censum aut pensionem annuam, pro certa pecuniæ
summa. Ad usuram propriè dictam porrò quinque conjunctim
requirit (1.) mutuum. (2.) pecuniam. (3.) lucrum ultra sortem,
(4.) id quod exigatur tantum propter officium mutuationis &
quidem. (5.) cum manifesto debitoris damno. Has usuras à pau-
peribus & egentibus sine peccato non posse exigi: à divitibus
posse. Aliud v. esse in pensionibus & redditibus annuis. (1.) quia
his plerumque debitores ditiores utantur ad amplificandas opes
suas. (2.) quia in scripturis nusquam prohibeantur: Sed (3.) po-
tius permittantur per generalem charitatis regulam *Luc. 16.*
vers. 3. prout vultis ut faciant vobis homines, ita facite illis. (4.)
Et per ordinem charitatis, qui exigit, ut initio nobis benè præsi-
mus *1. Tim. 5. v. 8.* (5.) quia & agrum elocare & fructus à Loca-
tario percipere liceat. (6.) quia solutio census annui sit quadam
species gratitudinis, quam debitor creditori debeat, cujus pecu-
nia res suas auxerit. (7.) quia aliter pecunia commodè locari ne-
queat, (8.) quia & mora censum annuum plerumque licitum fa-
ciat, &c. *Hæc Balduin.* ¶ Quin & eo (3.) ratio collocandæ pecu-
niæ, quam redditum annuum appellamus, dissimilis ab Usura-
rum conventionem ostenditur, quòd ubi creditor liberè potest re-
petere sortem, illi meritò imputari possit, qui malit usuris debi-
torem opprimere, quàm sortem exigere: & si non exigit, sibi,
non alteri debeat imputare, quòd pecuniam sterilem apud debi-
torem residere patiatur: Sed in annuo redditu, cum ita fors sit alie-
nata, ut repeti non possit, & ejus veluti pretio emta sit aliqua pen-
sio, eâ tamen conditione, ut Debitor sortem, cum volet, redimen-
do, possit se liberare: haud æquum foret si is, ubi Creditori tan-
tum per annos aliquot jam fortasse depèderit, quâti fors est, pen-
sionem deindeolvere nollet de sorte, quam adhuc retineret. Eâq;
de causâ meritò *Novell. 160.* constitutum esse, ajunt, ut Jura, quæ
vetant usuras ultra quantitatem sortis ascendere, minimè ad ne-
gotium

gotium annuorum redituum porrigantur: sunt verba Balduini Icti in Iustiniانو suo pag. 93. quæ fideliter iterum non laudato Autore, refert & retinet Guilhelmus Masius, I. opin. 20. n. 24. Eademq; etiam ratione utitur Francisc. Raguel. in Comment. ad L. 10. C. de Usur. circa fin. & Pacius in Comment. ad l. 10. eandem n. 9. ibi si quis querat, unde dignosci possit utrum sit annuus reditus, an usura: Mihi ejus Novella verba perpendenti, videtur distinctio in eo statui; Quod ubi usuræ debentur, Debitor aliquando sortem reddere cogitur: Cum autem sunt annui reditus, semper in arbitrio Debitoris est, utrum malit reddere, an retinere sortem, ita, ut reddens liberetur ab omni obligatione: quamdiu verò illam retineat, annuos reditus præstet.

V. Sic ergò, dicat quis, Disputatio vestra, quam tanto in Superioribus Exercitationibus propugnastis conatu, bonam partem concidet, ac nominibus potius, quàm rebus opera luforia fuerit collocata, cum notum sit, in præcipuis Germaniæ oris homines ex reditibus potius ausi ihren Renten/quàm ex fœnore vivere; ac proinde, Redituarios v. P. Busium l. I. de redit. ann. C. 13. n. 4. seu Rentenarios (liceat nobis per Criticos sic ἰσοματωποιεῖν) Rentener sive Rentenerer/aut censuales dominos, qui ex censibus & proventibus annuis vivant: quam fœneratores & usurarios, Bucherer/appellari malle Adde inf. art. 2. §. 6.

VI. Quinimò sunt ex eruditorum, atque adeò ipso Theologorum & Jctorum censu, veluti Henricus Gandavensis quotlib. *Disputata contra an-* 8. quest. 22. Bernart. Senens. de Evangel. atern. serm. 41. cap. 2. nuos redi-
Salicet. in Auth. ad tit. C. de usur. Guilhelm. tr. de Usur. n. 13. qui *200,* ultrò fatentur, verè judicantibus, annuos reditus nihil aliud esse, quàm usuram; quomodo loquitur ipse Cujac. in Comment. ad d. Novell. 160. qui ideò hanc inter ambitiosas Triboniani Novellas nume- *6. inf. pag.* rat. arg. l. Titius. 24. ibi: pactique sunt ut ex reditu ejus pecuniæ. de *1530* præscr. Verb. cum modus rogandi pecuniam mutuat, discrimen inter reditum & usuram non faciat. Unde Cujac. dict. loco. concludit & agnoscit: reditum ædium aut fundi duplo non finiri: reditum verò pecuniæ duplo finiri asseverat. Collaudat hanc Cujacij ἐπιχειρῶν Dn. Carpzov. part. 3. Jurispr. Rom. Sax. ad Constit. 24. defn. 17. n. 5. Ac distinctionem istam jam antea ipsi Luthero quoque placuisse, cognoscimus ex adhortatione An den Christlichen Adel teutscher Nation/de Anno 20. quæ extat tom. 1. Je-

nenf. G. p. 314. §. aber. ubi scribit: Das größte Unglück teutscher Nation sey gewißlich der Zinskauff: Wo der nicht were / ait ille, müßte mancher sein Seyden / Sammet / Gulden stück / Speerey / vnd allerley prangen wol vngelauft lassen. Er ist nicht viel über 100. Jahr gestanden / vnd hat schon fast alle Fürsten / Stifte / Stätte / Adel / vnd erben in armuth / jammer vnd verderben bracht. Solte er noch 100. Jahr stehen / so were es nicht möglich / das Teutschland einen Pfening behielte / wir müßten vns gewißlich vndereinander fressen / der Teuffel hat ihn erdacht / vnd der Pabst wehe gethan / mit seinem bestättigen / aller Welt. Darumb bitte ich vnd ruffe hie / sehe ein ieglicher sein engen / seiner Kinder vnd Erben verderben an / daß ihm nicht für der Thür / sondern schon im Hause rumort / vnd thu darzu Kaysers / Königs / Fürsten / Herrn / vnd Stätte / daß der Kauff nur auff's schierste werde verdammet / vnd hinfurt entwehrt / vnangesehen / ob der Pabst vnd all sein Recht oder Vnrecht darwider sey / es seyen Lehen oder Stifte darauff gegründet. Es ist besser ein Lehen in einer Statt / mit redlichen Erb güttern oder Zinsgestifte / den hundert auff den Zinskauff / ja ein Lehn auff dem Zinskauff ärger vnd schwerer ist / dann zwanzig auff Erb güttern. Fürwar es muß der Zinskauff ein figur vnd anzeigen seyn / daß die Welt mit schweren Sünden dem Teuffel verkaufft sey / daß zugleich zeitlich vnd geistlich Gut vns muß gebrechen / noch merken wirs nicht.

VII. Atque eam litem novissimè suam planè fecit. Vir quidam Clarissimus, qui, ut cætera omnia, quæ sparsim contra Jus Civile, eorumque interpretes aliis excidère, improba diligentia convasavit; istam quoque causam vehementius nuperè discussit. in tr. de fœnore trapezitico, Cùm enim à pagin. 77. multa in annuorum reddituum originem dixisset; quòd scil. Canonista, qui usuram Sacra pagina, tam Novi quàm Veteris Testamenti contrariam contendant, ut suis nihilominus rebus consulerent, & doctrina, quam imbiberant, simul satisfacerent, viam hanc astutè institerint: de trapezitica usura parùm solliciti, quia viderent, non se posse esse trapezitas, itaque hoc, cuius apud Veteres aliquod vestigium fuerat, recepisse. Solitos enim fuisse Veteres, aliquam pecuniæ summam Testamento, certis Corporibus & Collegiis relinquere, ex cuius redditu quotannis natali suo epulum aut propinationem Decurionibus Collegij præ

gij præberi vellent, aut profusiones florum fieri, & missilium sparsiones, aliasque dōdōus seu largitiones distribui, sorte semper penes eos, quibus ea conditione legata erat, manente. Ad eorum redituum exemplar, annuorum redituum hodiernorum formam constitutam esse.

VIII. Cū inquam, hæc & alia præmisisset Vir Ille Ingeniosissimus, tandem pag. 81. refutationem rationis primariæ, & primo loco, pro reditibus annuis allatæ, aggreditur, his verbis (1.) quis unquam talem rationem vidit, in quâ pretium quod dedit, manet meum, in meis bonis computatur, à me transfertur, ut libet, in alium, alij creditur, donatur, doti datur, etiam alij venditur? Præterea (2.) ille, cui hoc precium pro reditu traditum fuit, aded suum illud non facit, ut pro eo pensionem solvat? At nemo pro re suâ quicquam alteri præstat pensionis aut mercedis: si suum non est, alienum est. Manet ergò Creditoris.

IX. Non est proinde (pergit ille) pactio ista emtio venditio (3.) dicenda: in emtione quippe pretium fit Venditoris, res quæ empta est, emptoris, & utriusque in perpetuum uterque Dominus existit. Hic verò reditus, quem emi, quotiescunque Venditori libuerit, à me aufertur, pretio restituto. (4.) Reciprocum hoc saltem esse debuit, inquit: Non enim ego possum ab invito repetere quamdiu reditus illos mihi solvit. Mille aliæ sunt causæ, quæ afferri queunt, confutandæ talis adinventionis absurditati. Nebula circumfusa Æneæ apud Poëtam, ne à Pœnis agnosceretur, plus habuit soliditatis, quam hoc velum, quod obtenditur Usuris. Hæc ille.

X. Similia leguntur apud P. Friderum lib. 2. de Mandatis, d. cap. 72. n. 13. ibi: Semper mihi visum fuit, istam annuorum redituum emptionem nihil aliud esse, quàm usurarum quandam quasi vel colorationem, vel plausibiliorem quidem agnominacionem, quæ tamen à vera & legitima usurarum stipulatione, in rei veritate & substantia, parùm vel potius nihil differret: Ita, ut Imperatores, Reges, & Juris Consulti, qui istud emtionis genus comprobarunt, vel introduxerunt, Usuras τῆ ἐπιτομία quidem sustulisse, re ipsa v. stabilivisse videantur. Et ita sola nominis vel vocabuli matatione Sacræ Scripturæ Charybdes, quibus usuræ vehementissimè colliduntur, evitare voluisse. quòd n. 15. & seqq. octo rationibus prolixè it probatum. Laudat autem hunc Frideri

Frideri locum etiam C. J. A. de contrah. emt. th. 67. n. 3. ibi: non negamus, multa subtiliter disputari contra posse, & Cujacium atque Friderum rationes adferre non contemnendas ad probandum, nihil agi aliud hac redituum pecunia (aliud in fundo statuit, & largitur ipse Cujac. Novell. 160.) emtione, quam ut sub specie quadam usura tegantur & colerentur. Addatur Ernest. Cothmann. 2. responsor. § 2. n. 70. & seqq. ubi consimilem originem reditibus assignat, cum SALMASIO, & n. 86. plures alios citat, qui reditus ab usuris nihil differre, scripserint, nempe Bald. Socin. Iun. Elbert. Leoninum & alios Conf. Iacob. Mastert. lib. 1. de Iustit. Roman. Leg. cap. 20. n. 3. & ult. Ex quibus Ille U. C. sua, more solito (si Iohanni Miltonio in defens. pop. Anglic. hactenus credimus, pag. 24. ibi: bonis authoribus divexandis tantum aut transcribendis natus. & pag. 38. qui spici legia, qui Lexica & glossaria & c.) est mutuatus, nemine laudato.

XI. Sed ut Hyperphialo illi nostro, vid. Forner. 3. Selectio- num ult. in hoc etiam argumento (cui per aliquot annos incomparabile otium suum dicavit, ostendamus,) expilationem alienorum scriniorum & eruditionem per indices comparatam, plerumque cum insigni oscitantia conjunctam esse: Probabimus (1.) nec Justinianum, Nec Pontificem Martinum, aut Calixtum annuorum redituum compendia in ea admisisse latitudine, quæ ab Antagonista ipsis tribuitur: adeoque non Jus; sed abusum Juris reprehensionem mereri. Probabimus etiam (2.) posteriores Pontifices & Imperatores abusum istum ad certos restrinxisse cancellos: Quibus observatis (3.) inculpationes SALMASIANAE locum nullatenus invenient: Sed (4.) latissima inter usuras & reditus tales differentia relinquetur. Et tandem (5.) ultrò consequetur, abusum Juris frustra à fœeneratoribus trapeziticis & eorum Patronis in subsidium vocari appellarique.

*D' eussay ie passer par les picques
D' un tas d' impertinents Critiques,
Dont le sçavoir fera picque
Par quelque mot mal explique,
j'entreprens & c. Ait autor tr.*

Gallici, cui titulus, l'enfer Burlesque pag. 1.

Impolitiam styli & scabritiem excusabit illud Martialis, ex vero studiis nostris aptatum, lib. 9. epigramm. 12.

Nobis

Nobis non licet eire tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.

ARTICULUS. II.

De Vera & genuina Sententia d. Novell. 160.

DEsiderabit forsan aliquis, ut antequam de Sententia hu- & sup. pag. 149.
jus Novellæ loquamur, prius ejusdem auctoritatem firme-
mus: quippe, cum illa in vetustioribus membranibus non habea-
tur: Nec à Johanne aut cæteris antiquis Glossatoribus agnita sit:
Et in inscriptione titulum *exempli* præferat: Cujusmodi exem-
pla ad legem inducendam non satis valent. Sed quia U. C. cum
quo nobis hîc potissimum res erit, de ista *ἀσθεντία* nihil movet,
nec dubitat; *d. tr. de fœnore trapezit. pag. 78.* sufficere poterunt,
ac hîc transferenda erunt, quæ *part. 2. art. 4. §. 7.* hâc de re an-
notata sunt. Certè membranibus & Interpretes vetustiores mo-
rari hîc non debemus: quippe, cum illæ ultra Novell. 128. *quæ*
est de Collatoribus & aliis Capitulis, non procurrant. *Nec Iohan-*
nis interpretatio ultra 123. Novellas evolvat: Quod si ergò cæte-
rarum etiam Novellarum auctoritati ex hoc defectu nihil dece-
dit: nec nostræ, intercidente licet isthocce testimonio, fides &
auctoritas derogabitur.

II. Itaque interpretationem ipsam statim aggrediemur.
Exhibet autem Novella ista & querelam Aphrodiensium; & re-
medium Imp. Justiniani. *In querela* attendendum tum ad Sup-
plicantes: tum ad narrationem ipsam. **I.** *Supplicantes*
illis verbis describuntur: *Aristocrates prudentissimus*
Aphrodiensis Reipublicæ Pater, qui in ea immobilia pos-
sident. Primarius & Princeps Supplicantium est *Aer-*
sonægus (egregii ominis nomen, & Magistratui convenientissi-
mum) *ὁ ἀριστοκράτης πατὴρ τῆς Αφροδισιῶν πόλεως:* *Aristocrates*
Aphrodiensium Civitatis (sic malo quam *Reip. v. Cuj. 19. O. 14*) *Pater.*
De Urbe ipsa, cum variæ ejus nominis fuerint, consule *Panci-*
roll. in notit. Imperii Orient. cap. 140. §. 6. Intelligitur autem hoc
titulo Curator Civitatis, discussor pecuniæ publicæ, operum-
pue publicorum: Traducto nomine ex ipsa Urbe Roma: Ut e-
nim ibi *Patres* appellati sunt senatores: sic hi, qui præcipuam
V rerum

rerum Civitatis curam gerebant, quasi Patriæ Patres dicti sunt. l. 3. ubi Cujac. & Gothofred. C. de his, qui sponte publica munera subeunt. adde Cujac. 12. observ. 30. Erant enim in aliis quinque

l. 57. ibi: quinque, & mares C. de Decurion.

primi, in aliis viginti primi Patres; in aliis decem Patres *δυνα-
πρωτοι*, decem primani l. 1. §. 1. de Muner. & honor. dicti l. 3. §. Decaprotos. 10. de Muner. & honorib. l. 10. de Pollicit. ubi Cujac. in Modestino. Adjuncti illi fuerunt, *οι κατ' αυτω κεντημενοι*: quibus verbis hoc loco, *ιξοχηκως*, intelliguntur ipsi Decuriones, qui in municipiis consilio publico præerant, qui quod è locupletioribus eligerentur, & Civitatis prædia possiderent, Possessores absolute & eminenter dicti sunt, l. 1. de decret. ab ordin. fac. l. 6. C. de omni agro deserto. Coll. Iur. Arg. de Decurionibus th. 2. Hæc de Supplicatibus.

Supplicatio.

III. Inspiciamus Supplicationem ipsam: Ejus integrum tenorem olim hæc Novella retulit: Sed præcisa postea est, illa ratio forte quod nimium verbosa esset, vel quia sufficere putabatur Summaria, quæ exhibet initio conventionem: tum contraventionem: denique effectum & eventum. *Conventio* seu Pactum, quod Civitas Aphrodiensis cum Debitoribus suis inierat, ita habet: Cum benè magna auri Summa Civitati collecta esset, ex Legatis relictis à quibusdam (benè adfectis) Aphrodiensium Reipub. [Licet enim olim Civitatibus relinqui non posset, tanquam incerto corpori. *Vlpian. in fragm. tit. qui hered. Inst. poss.* postea tamen potuit, ut Pp. rescripserunt sæpè l. 73. de Legat. 1. l. 12. *Vt in poss. leg. & Senatus comprobavit. Vlpian. in fragm. de Legat. l. 26. ibi: Apronianum scilicet ad scilicet. Trebell. in favorem scilicet Civitatum, quæ multis indigebant subsidiis & Sumtibus, in opera, balnea, alimenta, eruditionem puerorum: in quos usus Legata ferè erogabantur. l. si quid. 117. de Legat. 1. aliquando etiam ad honorem & ornatum Civitatis l. 122. d. t. vel in spectacula & ludos, l. 16. & 17. de Vsufr. l. 21. §. 3. de ann. legat. (Salmasius diversos & rariores usus allegat, v. sup. art. 1. §. 7. iuncta l. 20. §. 1. l. 23. de ann. legat.) qui fines, ut eò religiosius custodirentur, adjiciebatur aliquando legato conditio, si municipes jurassent, pecuniam in hos, nec alios usus impensum iri. l. municipibus 97. de condit. & demonstr.] Ne ista pecunia Reipublicæ deperiret, intercideret & emoreretur, Magistratus*

eam.

639
080

eam aliis collocasse, sub hâc lege, conventionem & pacto, memoratur, ut quamdiu id aurum apud suscipientem resideret, tamdiu is, quoquo anno Civitati de eo dependeret, quantum æquum foret Remp. ab eo accipere compensationis vice, sive compendium illud appellare libeat *ρομνικὴ* (quæ vox hoc loco stipendium & lucellum notat, à *ρέμω*) sive *εὐροπὴ* (reditum, obventionem, vectigal,) aut planè *τόκος*, fœnus & usuram adhibe Molin. tr. de Usur. præfat. n. 2. p. 3. sive, ut in cap. 1. dicitur, *τλαθ*, vectigal aut pensionem.

IV. *Contraventio* (ut pragmatici vocant) sive desertio pacti, his verbis enarratur: *Eos verò, qui aurum susceperant, postquam constitutio publicata esset* (Novell. 121. & 138. ne creditoribus permittatur ultra duplum exigere; sed, ut hoc ipso duplo contenti sint:) *ea abuti & ad hanc quoque speciem trahere, ac cum pactos redditus per multos annos præstiterint, id agere, ut sors ipsa (vigore dictæ Constitutionis) absorpta videatur.*

V. *Eventus* denique sinister & adversarius indicatur quadruplex: fieri enim sic (1.) ut Legata Civitati ab hominibus in Patriam [l. 23. §. 3. de ann. legat.] piis & propensis, extingvantur (2.) calefactiones balneorum publicorum, quæ exinde curabantur, detrimentum patiantur v. de Metatis. p. 127. & pag. 251. ubi de Balneis d. (3.) Opera publica quæ inde juvari debebant, occasione L. Justinianæ labefactentur. (4) Atque ita vel legem ipsam, vel vitiosam saltem ejus interpretationem, vitium adferre (sive nocere aut detrimentosam esse) Civitati prædictæ. *contra l. 6. C. unde Vi. cap. qualiter & quando 24. de accusat.* Hactenus querela.

VI. Sequitur *remedium*: quod positum est in constitutione & sanctione. *Constitutio* seu ordinatio continet & jussionem, & prohibitionem, seu correctionem. *Iussio*, concernit Debitores prædictos, quibus injungitur, ut quantisper pecuniam seu aurum Reipubl. sibi, lege præmissa, creditum penes se habeant, inferant id, quod pro eo illaturos se pacto constituerunt, *ἐτις ἐκὰς* (quæ verba in Haloandrina & vulgata versione transposita, & ad subjectum translata sunt, cum prædicato ab Imp. studiosè apposita fuerint: promiserunt scil. Debitores isti, non absolutè aut mēstruis terminis se usuras esse illaturos; Sed annis singulis) *Pro-*



156 PART. III. ART. 2. ANALYS. NOVEL. 160. *De re ditibus*
hibitio in eo consistit, ne contra hanc iussionem, abutantur Ju-
stiniana Constitutione alia (d. Novell. 121.) Cùm magna sit
inter utrumque casum differentia. Nam (1.) quod ad *subjectum*
attinet, illa scripta est ἐν δανεισῶν (Haloander vertit Creditores:
subaudiendi autem sunt ij in specie, qui mutuum dant sub fœ-
nore: talé enim δανεισῆς proprie sonat cùm alibi, tum in his quo-
que Constitutionibus: ut ipse SALMASIVS fateri cogitur d. tract.
de trapezit. fœnore p. 554. & pag. 555. ibi: apud Iustinianum in
Novellis, & apud alios Græcos recentiores, δανεισῆς, sunt quilibet Cre-
ditores privati, qui dant fœnori, & fœnus exercent: ut in Novell. 4.
Veteres Glossæ Verborum Iuris, quæ in Basilicis reperiuntur, apud Lab-
baum pag. 17. δανεισῆς ἐστὶν ὁ ἐξ διασῆς ἀρτίας χειρώμενος, Germanis
Bucherer / dicuntur) (2.) quod ad *objectum*, agit d. Novell. 121.
de Usuris propriè dictis: At ista species & Constitutio (1.) non
agit de Creditoribus ac Fœneratoribus privatis; sed de Civitatib⁹,
quarum Imp. æque curam habere debet, ac rerum Fiscalium (2.)
nec agit de usuris illis mensuris: sed de re ditu annuo, certa le-
ge constituto.

VII. Subsequitur denique *sanctio ipsa*, h. e. illa pars Le-
gis, quâ pœna constituta est adversus eos, qui contra Legem
hanc pragmaticam fecerint §. *sanctæ* 10, *Inst. de R. Divis. l. Sanctio.*
42. *de pœn.* Exhibet autem eum pœnam ipsam, tum rationem
pœnæ. Pœna in eum, qui interpretatione maligna, Novell. 121.
ad hunc quoque casum traxerit, & Civitates auro sibi credito
fraudare voluerit, hæc constituitur: ut præter exsolutionem de-
biti, cum residuis pensionib⁹, integrâ, τὸ διπλάσιον (quod Holo-
ander duplum vertit: fortè rectius alterum tantum, aut tantun-
dem intelligemus, ut pœna simpli sit. *Adhibe ips. Salmas. de modo*
Usur. cap. 8. p. 333.) reddat, sive insuper præstet.

VIII. Rationes pœnæ hæc allegantur (1.) ut pravæ & de-
tortæ interpretationis, iniquus debitor, δικάσιαι ἀμοιβῆν, justam re-
tributionem & talionem sentiat; ac qui Civitates verb. gr. cen-
tum florenis in sorte privare voluerit, ipse eadem sorte de patri-
monio suo multetur (2.) Ut ingratitude civis impij puniatur,
qui, cum patriæ commoda labore & ære suo promovere omni
conatu debebat, tam improbus fuerit, ut propriam veluti Ma-
trem, injuriâ afficere non dubitaverit: Atque ita ingratitude si
non

607

non directè, saltem oblique, puniatur. *vid. Senec. lib. 3. de benef. cap. 6. & seqq. Thesaur. Iurispr. l. 9. c. 56.*

IX. Ex hac analysi jam suapte vi resultat & elucescit quadruplex differentia inter usuras fœneratorum, & redditus annuos civitatum, de quibus *Jmp. in d. Novell. 160.* agit. *primò* enim rationem decisionis suæ separatæ & diversæ *Jmp.* fundat in qualitate singulari Creditoris, qui in *d. Novell. 160.* non est *privatus fœnerator & usurarius*, qui per aliorum labores, ipse otiosus, cupiat impinguescere: Sed *Respublica seu Civitas*, quæ minoris jure gaudet, & sub aliorum, veluti patrum, cura degit. (2.) debitor etiam, est *municeps aut incola*, *cap. 1. in f.* qui matri suæ omnem debet gratitudinem, ac labore sudoreque suo sustentare eam tenetur, quæ illum in lucem protulit. (3.) Ratio desumitur ab objecto & fine; Aurum enim hoc à piis hominibus in necessarios usus Patriæ fuit relictum: qui usus cum habeat causam necessitatis & indigentia continuam perpetuamque; meritò etiam fontes perpetuorum compendiorum inquiruntur & admittuntur (4.) Ratio petita est à forma Conventionis: Neque enim causa constituendi annuos redditus *mutuum* est; sed *legatum* civitati relictum; seu pecunia testamento relicta, eum in finem & cum hac determinatione, ut calefactiones balnearum publicorum hinc jugiter procurentur, vel opera publica exstruantur. Attendendus etiam venit *quinto* modus: Neque enim pecunia ista ad certum tempus credita fuit; sed uti dictum, relicta, & quidem sub expressa ista conditione; ut quamdiu debitor aurum retineret, tamdiu pensiones solveret: Cui pacto contraveniret debitor, si solo temporis lapsu, perimere ulteriorem præstationem vellet. (6.) Præstationes istæ non sunt usuræ propriè dictæ & menstruæ, sed sunt annuæ quædam pensiones. Ut autem intra annum, qui pecuniam benè collocavit, sive in hortos, sive in prata, sive in pecora, largo coronatur reditu: sic

æquum est, eundem de lucro suo etiam non nihil civitati, minoris jure utenti, participare.



ARTICULUS III.

De mente & genuino intellectu Bullarum Martini V. & Calixti III. Pontif. *in c. 1. & 2. Extravag. Comm. de Empt. & Vend. lib. 3. tit. 5.*

I. **A**udio susurros obloquentium, & quicquid tandem Justinianus voluerit, insuper habentium; dum interim ad Pontificum diplomata nos sevocent, à quibus annuorum reddituum perpetuata pensio, non Urbibus solùm; Sed & Ecclesiis, imò singulis etiam personis, communicato beneficio, concessa fuerit. Sic enim Roderic. *de ann. reuditib. lib. 1. quest. 4.* Rittershus. *4. different. 12. & alij*, Emptionem annuorum reddituum (vel etiam addies vitæ) ut Jus Pontificium; ita & Constitutiones Imperij promiscuè permittere, dicitant. *Adh. Vergin. de Boccatis tr. de Interd. uti possid. cap. 18. inscr. questio de censibus: ubi hac capitula verbotenus explicat.*

II. Sed injuriam fieri Pontificibus istis, & neutrum redditus annuos promiscuè vulgasse, omnibus Literas Pontificias cum judicio legentibus, apparebit. Equidem si *supplices* ipsos *in d. cap. 3.* respiciamus: sunt illi non tantùm Magistratus aut Clerus; sed & nobiles & incolæ & habitatores Civitatis & Dioceseos Vratislaviensis: Verùm nec illi distributivè & seorsim assumendi sunt (sed collective) neque enim suam, tanquam Creditorum, causam singuli Cives perorant; sed alios Creditores & emtores designant, nempe (1.) personas Ecclesiasticas (seu collegia personarum Ecclesiasticarum, ut oppositio sequentis exempli exigit) (2.) collegia Secularia aut Universitates (3.) Oppida vel Civitates: His enim alij Principes, Barones, Milites, Cives, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus & hæreditatibus (*herediis, v. cap. 6. de donat. int. vir. & ux. 2. feud. § 1. §. 5. notata ad Coll. Iur. Arg. de hered. petit. th. 1.*) vendere solebant annuos redditus, conditionibus æquis & honestis; *exempla postea videbimus.*

III. Nec ista tantùm facti expositio singulos privatos cives à privilegio Pontificio excludit; sed ipsa quoque petendæ & concedendæ confirmationis causa: Ea *in versic. quodque*, his verbis indicatur: Quod super hujusmodi censibus plurima beneficia

ficia Ecclesiastica, Collegia, Canonicatus & Præbendæ, dignitates, personatus (quæ vox ut hoc obiter indicem, barbara est, & post Alexandr. demum invaluisse, & à Gallico idiomate petita fuisse videtur, quasi clerici, personæ, commodius & honestius appellarentur, quàm homines. v. Cujas. ad rubr. de præbend. & dignit. Ab his ergò honoratioribus clericorum personis, dicti personatus, qui sunt functiones Ecclesiasticæ, dignitatibus inferiores, ut Diaconorum, Hypodiaconorum atque Clericorum vulgarium. Can. quesitum. 4. caus. 1. quest. 3. adde not. ad cap. 4. de restitut. spoliat. & ad cap. 28. Extr. de præbend.) officia, vicariæ, & altaria numero plusquàm duo millia erecta, dotata & fundata fore noscantur.

Personatus
quid in
re Can.

IV. Nec impulsiva tantùm causa, collegiis propria & peculiaris, cæteros privatos singulatim excludit: sed etiam ipsa decidendi ratio, quam Pontif. Martinus V. indicat in vers. Quia etiam. Quod sc. (1.) ex relatione peritorum compererit, contractus ejusmodi esse juridicos, id est, Juri scripto in hâc causâ Universitatum consentaneos. novell. 160. Adeoque (2.) juxta determinationem Doctorum illam juridicam, licitos. Denique idem exigit decisionis & responsionis Pontificiæ figura, quæ non pronunciat contractus istos toto suo genere & absolutè, sine respectu personarum & causarum, licitos; sed cum relatione ad moderamen Juris Civilis, quatenus modo, Juri communi conformi, ineuntur: in verbis: Licitos, & Juri communi conformes. add. B. Benium de censibus, artic. 8.

V. Eadem explicatio locum habet in rescripto Calixtiano, quæ aded etiam sequestrat à dispensatione illa vulgus *τῶν δαρισῶν* & otiosorum privatorum. Sive enim supplicantes ipsos, & eos quib. hæc gratia indulgetur; sive causam indulgendi procatarticam ac finalem: sive rationem & fundamentum confirmationis requiras: ubique Pontificem, Ecclesias & Universitates tantùm respexisse, liquidissimè deprehendes. Nimirum supplicantes indicantur illo versiculo: Iohannes Episcopus Mersburgensis: & iterum in fine rescripti, ubi significatur quibus succurrendum sit. vers. volentes: nempe Præposito, Decano, Capitulo, ac aliis beneficiatis. Causa supplicationis & indulti, quâ Pontifex movetur & impellitur, monstratur illis verbis:

Anal. c. 2.
d. t.

bis: *vers. quare pro parte Episcopi.* Quod in talibus sic emptis censibus & redditibus, fructus, redditus & proventus plurimum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium (sic in t.) & Ecclesiasticorum beneficiorum, nec non ferè omnes quotidianæ distributiones, quæ in plerisque Ecclesiis, divinis interessentibus (*barbarâ phrasi: cum dicere voluerit eos, qui sacri intersunt:*) ministrari solent, consistere noscantur. Denique fundamentum decisionis suæ collocat Calixtus in ipsa determinatione Martini, cujus vestigiis omninò se inhærere, profiteretur.

VI. Manifestissimum ergò evadit, & Imperatori Justiniano & Pontificibus, Martino atque Calixto, per injuriam imputari, quasi ipsi sub emplastro reddituum annuorum, hoc est, sub commento peregrini vocabuli, usuras fœneratitias iterum promiscuè admiserint. Cum ipsos omnia quæ præmissimus argumentorum causarumq; genera ab hac imputatione excusent: & quemadmodum causa: sic & dispositio limitata, limitatum & moderatum; non autem indefinitum & excessivum producere effectum, queat. *Tiraquel. in tr. cessante causa. part. 1. n. 147. Brunor. à Sole in loc. commun. verb. causa n. 9.* Ac juxta illud Poetæ; usus & modus laudem: abusus autem & excessus crimen habeat. *Augustin. in c. quisquis. distinct. 41. Weseemb. in parat. de Acquir. rer. domin. n. 7.*

VII. Attulerit quispiam aliud etiam fortè argumentum pro excusatione istorum Pontif. à *Cl. Salm. de fœn. trapezit. pag. 81. latè reprehensorum,* Quod nequaquam usuras subdolè exploserint, ut aliis vocabulis (quod ille Pontificibus imputat) annuorum reddituum, hærenti fibræ, avaritiæ morbo, honestius peripetasma quærerent. Cur enim Pius V. in constit. sua de Censibus tom. 7. decret. lib. 2. tit. 12. tam acerbè questus fuisset, contractûs censuum, non contineri intra limites à suis antecessoribus, iisdem contractibus statutos. Cur recentiores Pontifices montes pietatis tanta invexissent sollicitudine, circumspectione, & determinatione, si annuos redditus, cum improbitate usurariâ conjunctos, ferre sustinuisent. *v. de his Leon. Lessium lib. 2. de Iust. & jure cap. 20. dubit. 23. Laymann. l. 3. part. 4. cap. 16. n. 11. Bodin. lib. 6. de Repub. cap. 2. n. 665. Enchirid. Bonacina in voce usura. n. 18. C. A. de Vsur. 8. 16. n. 3. Carpzov. part. 2. Crim. quest. 92. n. 4. & seqq. Martam Digest. noviss. tom. 3. tit. de Vsur. c. 19. pag. 335.*

*Pii V. Bul-
la de cen-
sibus,*

ARTI-

ARTICULUS IV.

De Constitutionibus recentioribus, s. Recessib. Imper. consuetudine, observantia & communium Legistarum, tum Canonistarum opinione.

I. **S**ed regerent fœneratorum Patroni; Jura hæcenus relata, inter abrogata censenda esse, prævalente consuetudine & locorum observantia, quæ communi Doctorum utriusque Juris calculo roborata, non tantum singulis locorum dynastiis; Verùm postea universalibus quoque Comitibus probata: Imò expressa Pii V. bulla in d. lib. I. tit. 12. de censib. firmata sit, ut hodiè nullus Judicium ambigat, privatis etiam super redditibus annuis Judicare. Sic enim & jam olim ab aliquot sæculis, & jam tota die instrumenta cautionis & translationis annuorum reddituum inter privatos vigere cernimus; ut hæ formulæ ceu solennes & omni dubitatione atq; exceptione majores laudentur, quarum exemplum in juniorum gratiam, hic adscribemus:

Coram nobis Iudice Curia Argentinenfis, Constitutus Nicolaus, dictus Störer/Panifex Argentina, & Katharina, ejus uxor legitima, confessiverunt, & in præsentia Henrici, dicti Günther/Procuratoris Honorabilium Dominorum Decani & Capituli ac Officii Porta Ecclesia sancti Thomæ Argentinenfis, coram Nobis presentes publicè recognoverunt; se Curiam, Duas domos, videlicet anteriorem & posteriorem, cum earum areis, adificiis, armentis, & Juribus suis universis, nuncupatis zu dem Schwerdt/situ in civitate Argentina ex opposito Ecclesia Sanctorum, Petri & Michaelis Argentinenfis, juxta domum, dictam zu dem Zeiner/ex una, ex parte altera juxta domum dictam Baxeller/habere, tenere & possidere, ac ad eos proprietatis titulo spectare & pertinere, dictosq; Dominos Decanum & Capitulum ac Officium Porta ejusdem Ecclesia dudum
 „ & hucusq; super eisdem, Curia, domibus & areis habuisse & adhuc
 „ habere debere, Reditus annuos proprios, perpetuos & laudimiales unius
 „ us Libra & duorum Denariorum Argentinenfisum. Igitur ipsi Conjuges
 „ confitentes in solidum pro se, & eorum heredibus eisdem Reditus unius
 „ Libra & duorum denariorum Argentinenfisum. Dominis Decano & Capitulo dictæ Ecclesia, pro tempore existentibus, & specialiter officio Porta ejusdem Ecclesia ab hinc in antea, singulis annis his terminis, videlicet dimidiam partem eorundem reddituum in Festo Nativitatis S. Iohannis Baptista de Curia Domibus & areis præscriptis solvere & dare, ac easdè Curiam, domos & areas in adificiis bonis conservare & tenere promiserunt: Ita videlicet, si ipsi conjuges confitentes, vel eorum heredes in aliquo termino dictorum terminorum Anni cujuscunque in solutione & traditione dictorum Redituum faciendis, ut præfertur, negligentes existrent, aut Curiam, domos & areas præscriptas in adificiis bonis non conservarent,

X

varent,

varent, quod tunc, excommunicationis sententia debeant subjacere, judi-
 cioq; seculari aut sine Iudicio occupari & invadi, nec non ipsorum pigno-
 ra capi, usq; ad solutionem plenam Redituum tunc sub termino neglecto-
 rum predictorum, & quousque Curia, domus & area prescripta in adifi-
 cia bona fuerint redacta & si quas expensas seu damna ex hoc Dominus De-
 canum & Capitulum dicta Ecclesia pro tempore existentes modum inquē-
 cunque sustinere fortè contigerit: Illas & illa pronominati con-
 juges confitentes in solidum pro se & eorum heredibus universis solvere
 & refundere promiserunt eisdem integraliter & in totum, super quibus
 quidem damnis & expensis verbis simplicibus Dominorum Decani & Ca-
 pituli dicta Ecclesia pro tempore existentium standum erit atq; credendū.
 Et si vel quantumcunque seu quotiescunque Curia, domus & area pra-
 scripta de una persona ad alteram ex parte possessorum, vulgariter dicen-
 do von der Hoffesassen wegen transferatur, vel mutantur: Quod tum
 & toties Dominus Decano & Capitulo dicta Ecclesia pro tempore existi-
 entibus, & specialiter officio Porta ipsius Ecclesia Laudimium Ehrschatz
 vulgariter dictum, etiam si Conjuges confitentes predicti vel eorum here-
 des meliorationes & Iura sibi in Curia, domibus & Aream prescriptis ul-
 tra predictos Reditus competentes vendere voluerint, quod primo Domi-
 nis Decano & specialiter Procuratori officii Porta, sape dicta Ecclesia pro
 tempore existentibus, venditioni exponant, & exhibere teneantur, qui so-
 tantum pretij pro huiusmodi meliorationibus dare voluerint, quantum al-
 liter, ipsis potius vendant, & vendere teneantur: Sin minus: alteri licite
 vendere poterunt majus pretium offerenti, Renunciaverunt quoad pra-
 missa Conjuges confitentes sape dicti in solidum pro se & eorum heredi-
 bus universis, exceptioni doli mali, actioni infactum, & qua coactis, dece-
 ptis, vel circumventis sup. venstur, aliisq; exceptionibus & defensionibus
 sibi contra praemissa quocumque modo valituris. Et in praemissorum Testimo-
 nium Sigillum Curia Argentinensis ad petitionem dictarum partium pra-
 sentibus est appensum. Actum XI. Kalend. Septembr. Anno Domini Mil-
 lesimo Quadringsentesimo Tricesimo Nono. Confer thesauros, No-
 sariorum ut Sattlers, parte 2. p. 233. sub tit. Folgen allerley Gültz oder
 Zinsverschreibungen / ubi 20. formulas recitat: (add Busio, l. 1. de an-
 nuis redit. c. 1. & 13. n. & l. 2. c. 14. 11.) P. Dominicus de Musis formul. instru-
 mentor. in verbo venditio & retrovenditio p. 319 b. Sams. Herzog/im Vnz-
 terrecht von Contracten / cap. 14. quaest. 8. Item, informat. Notar. Adami
 Valckmanni part. 1. cap. 31 sub tit. Hauptverschreibungen oder Kauff-
 brieff auff widerkauffliche Zinsen. B. Borsam de censibus, artic. 45.

Scopu &
 finis totius
 disputationis
 est.

II. Quam Controversiam utique declinare ea excusati-
 one poteramus; quod de remedio Juris Justiniani nobis propo-
 situm erat dicere: quod hodie in usum revocari publicè intere-
 rat. Hec enim Disputationis nostra summa, haec meta fuit. Et sa-
 nè fatendum est, patefacta vel minima humanae libidini rimā,
 in immensum lasciviam solere procurrere: Atque in hoc e-
 tiam articulo prorupisse evagatamque esse.

III. Quod

& COMMUN. OPIN ANNUOS. REDITUS SIMPL. APPROB. 169

III. Quod enim de ipso jure constituto, normâ illa & regulâ actionum civilium vulgò efferi solet, non uno illud impetu efformatum fuisse; sed paulatim increviffe, l. II. §. 3. de Legat. 3. Cujac. in parat. & Comment. Cod. de bonis libertorum & jure patronatus. Itemq; in comm. Cod. de præd. & al. reb. minor. exemplav. in §. 2. in f. ad L. Falcid. §. 3. I. de testam. ordin. §. Item si quis. 13. vers. sed cum Leo. I. de inutil. stipulat. pr. I. de codicill. §. caterû 3. ibi: prætores paulatim. I. de fideicomms. heredit. l. §. de manum. vindict. collat. l. un. §. 2. de officio Consulu. l. 10. & ult. C. de advocatis divers. jud. I. add. text. I. feud. I. itemque tit. 9. §. I. in f. sic ut Imperator in præfat. Novell. 74. dicere audeat: Nullam legem esse, quæ ab initio statim suffecerit: sed omnes indigere multa correctione, ut ad natura varietatem & ejus machinationes sufficiat. Id de aiopia quoque pravæque consuetudinis usurpationibus meritò liceat prædicare: Nimirum ubi minutæ à Legibus deviaciones & illud quod Aristoteli dicitur *μεγὰρ μισυρὸν*, non fuerit diligenti animadversione observatum, licentia se longe lateque, vel minima patescente rimula diffundit, sic, ut postea invalescentia & prævalida vitia, nulla legum provisione facilè coërceantur. Eleganter, ut pleraque, auctores Statutorum Francos. in præfat. Reformat. Die Mißbräuche / inquiunt, so von alters hero in allerley Sachen allgemählich eingeschlichen / sind zu letzt für recht gehalten worden. Solet enim consuetudo talis, arte quadam Chymica, ut Knichen de pact. vestis. parte 2. c. 4. n. 203. loquitur, nigrum in album convertere.

Non enim consistunt exempla unde cœperunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissimè evagandi sibi viam faciunt; Et ubi semel recto deerratum est, in præceps pervenitur: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Vellejus lib. 2. histor. cap. 3.

Nam quod vulgò fieri solet, sæpè abit in legem & habetur pro facto ac pro dicto; etiamsi factū aut dictum non sit. Cujac. in lib. 3. Pauli ad Edict. l. 4. de pact. pag. 51. per l. ult. C. de fidejussorib.

IV. Ejusmodi exerrationum exempla duo in hisce diatribis proposuimus: de Usuris alterum; alterum de redivibus annuis. Quanquam enim sententiam illorum nostram non facimus, qui usuras omnes è Republica eliminant; Quam opinionem pastoribus R. imputat Hagenus cap. 2. de usuris n. 46. prædi-



cans, Zelū eū fuisse non secundū scientiam, ideoque brevi extinctum: Neque Gallii sententiæ usque applaudim⁹, qui usuras in mutuo lege publica Imperii sub gravi pœna prohibitas esse tradit, *puta per Constit. Imp. Maximil. 2. de An. 1500. & Carol. V. de Usurariis contractibus A. 1545.* sic ut nec stipulatio usurarū licita sit amplius aut valida 2. *observat. §. n. 6.* Certi, dictarum constitutionum hanc sententiam nequaquam esse, v. *Colleg. Iurid. Arg. de Usuris tb. 6. n. 6. Christoph von Hagen de Usuris cap. 6. per tot.* Modum tamen omnem atque terminum corruptis per varias artes sæculi moribus labefactari, minimè probamus.

6. Sup. p. 150. 152. 158. tb. 2. & inf. p. 167. itēq. articulo, sequ. S. 2.

V. Eodē modo annuorum quoq; reddituum constitutio, maximè si illi super rebus immobilib. atque frugiferis fundati sint, non omninò videtur improbanda: At dolendum est è contrariò, sub eo prætextu tam varia confingi peripetasmata, quibus usuraria pravitas obveletur. Etenim constituerat de redditibus istis Justinianus Novel. 160. jus planè singulare in favorem civitatū, permittendo illis, ut redditus tales super auro & argento suo, sive pecuniis, possent pacisci: (nempe quia alias tot necessariis sumptibus ærarium non erat suffecturum, nemine pro Republ. elaborante, cæteris autem fisci juribus municipiis nondum indultis) Adjecta *in super hac* dispensatione, ut non obstante prohibitione Novellæ 121. (quæ cavet, ne quid ultra duplum, seu, alterum tantum, solvatur) municipiis jus exigendi redditus perpetuò continuetur: favente civitatum causæ etiam antiquiore Constantini indulto *in l. 2. C. de debit. civit. lib. XI.* Hoc jus singulare cum Pontifices Martinus & Calixtus etiam ad Ecclesias & corpora Ecclesiastica, ob favoris paritatem vel prærogativā iteratis declarationibus produxissent: non dubitarunt pragmatici, totam reddituum causam variis commentis ampliando conturbare, & ad omnes privatos unà cum privilegii prærogativa, liberalissima interpretatione derivare atque extendere.

VI. Annon verò monstrum alunt prodigiosa illa reddituum vocabula, cum initio *ab objecto* redditus alios faciunt fundarios; alios pecuniarios s. volatiles. (Galli vocant illos, *rentes foncieres*, Cū sc. fundus traditur ea lege, ut certos mihi redditus quotannis pensites: Hos appellant *rentes constitues à pris d'argent*, cum dato certo pretio, ego in tuo fundo mihi comparo certum redditum: sic ut iste redditus redimi possit à domino; non item ille:

le:

le: non pas une rente foneiere; Cujac. in recit. Cod. ad l. ult. C. de jure dot. pag. 493. lit. e.) Tum à forma constituendi; alios reservativos, aliosque consignativos. Porro à subjecto alios simplices h. e. personales vel reales tantum; alios mixtos. Denique ab adjuncto temporis, perpetuos & temporales. Et quæ aliæ reddituum figuræ ipsis confictæ sunt. v. novissimè accuratè hæc examinantem Magnif. D. Franzkium. r. resolut. r. n. 13. & seqq.

VII. Illud intolerabilius quod omnes has species quibuslibet privatis communicant. Alterum minimè ferendum, (cum anomalia super anomalam cumuletur) quod singulare illud privilegium civitatibus & Ecclesiis, de jure exigendi redditus ultra alterum tantum etiam quibuscunque privatis vulgarunt, illis argumentis sibi blandientes: quod (1.) Redituum jus universis Pij V. bulla & noviss. Imperij constitutionibus absolute & indistinctè admissum sit. (2.) quod contractus Emtionis reddituum pecuniariorum, etiam super pecunia fundatus, similis tamen sit usque Emtioni prædiorum; in qua tametsi fiat, ut post multos annos fructus fundi pretium excedant, nemo tamen contractum talem improbet. Gail. 2. Observ. 7. n. 8. Interim v. haut perpendentes, Pium V. æque ac recentiores Impp. contractus tales non tam probare, quam permittere, & quidem invita planè animi sententia; velut olim Tiberius 3. Annal. Tacit. cap. 53. Pp. excusabat juxta verò conniventiam istam semper ad legum moderationem restringere ac revocare, quæ non tantum modum, sed & terminum usuris definivit. Alioquin leges de altero tanto magna sollicitudine sancitæ, & tantum in gratiam civitatum & cæterarum Universitatum coercitæ, una litura abolerentur, nemine jam pecuniam suam mutuo daturò, sed in comparationem reddituum libentius collocaturo. Nec attenderunt differentiam inter Emtionem prædij & reddituum fundiariorum, ac Emtionem reddituum pecuniæ super sorte pecuniaria fundatorum, ipsumque Pium V. inculcasse: Quod ibi res immobilis fructiferaque; Hic mobilis & sua natura sterilis vertatur: Adeoque ibi debitor non æq; ut hic gravetur. Quæ res, quantum instituti nostri ratio feret, diligentius ostendenda est.

VIII. Et Initiò quidem in Constitutionibus Imperii, quos Recessus vocant, animadvertimus, Idem ferè, quod in recentioribus Pontificum Bullis prædicari, hoc est, contractus istos ma-

166 PAR. III. ART. 4. DE RECESSIB. IMPER. OBSERVANTIA,
le audire, ac sub titulis & rubricis, von wucherlichen Contracten/
sic referri & tolerari, ut de abusu disertè querantur Imperatores,
ac reductionem ad debitam Juris determinationem optent, vo-
veantque. Ita Maximil. I. in recess. Imp. de Anno 1500. sub tit.
von wucherlichen Contracten/pag. 58. Diweil aber die Wider-
käuff allenthalben/in allen Landen gemein seynd / vnd vnder dem
schein derselben mancherley Gefährlicheit vnd Unziemlicheit ge-
übt wird: Befehlen wir vnserm verordneten Regimente/geben ih-
nen auch des hiemit vnsern vollkommenen Gewalt vnd Macht/der
Widerkäuff halb zimliche Form/Maß vñ Ordnung zu machen/rc.

IX. Porro, cum Contractus iste paulatim favorabilibus
personis permitteretur, ac tandem ab omnibus, facta veluti Le-
gibus violentiâ, usurparetur; lidem Principes, quoties fræna, qua
possent, contumacissimo malo injicerent, Semper fundamenta
indulti & principia collocarunt super sola consuetudine, cui
nulla Legislatio amplius mederi aut par esse posset: Ita loqui-
tur Carol. V. in Recess. Augustano. de Anno 1530. itidem von
wucherlichen Contracten/rc. §. ult. p. 220. ibi: Vnd / nach
dem die Widerkauffs Gültten allenthalben in Landen ges-
mein sind: So soll hinfürter von dem hundert nicht mehr denn
fünff/wie gebräuchlich/gegeben vnd genommen werden/rc. Eadem
phrasi utitur idem Imp. in Reform. Polit. Augustan. de Anno
1548. itidem sub tit. von wucherlichen Contracten/rc. §. pen. &
Imp. Rudolfus, in reform. Polit. Francos. anno 1577. composita,
sub eodem tit. Unde colligimus permissionem istam invitis Im-
peratorib. velut extortam, adeoq; strictissimè esse interpretandâ.

X. Quam interpretationem, si quis de ea dubitare auserit,
Pontificali Bulla Pii V. confirmare possumus, quæ demum Anno
1568. promulgata est, & extat in septimo Decretalium, lib. 2. tit. 12.
inscribiturq; de forma contrahendi censum, ubi uti paulò ante me-
ravimus, palàm profitetur & conqueritur Pontifex (1.) contractus
censuum non contineri intra limites, ab antecessoribus suis
(Martino & Calixto) iisdem contractibus statutos (2) sed con-
trariis omninò pactionib⁹ institui, ita ut propter ardentem ava-
ritiæ stimulum, legum, etiam divinarum, contemptum manifestū
præ se ferant. (3.) Ideoque sancit, ne census seu redditus annui ul-
lo alio modo deinceps constituentur, quam (1.) in re immobili
(2.) de sui natura fructifera (3.) & quæ nominatim certis fini-
bus

bus sit designata. §. hac igitur I. Ferè juxta monitum & mentem Lutheri, sup. art. I. §. 6. & Cujacij, sup. pag. 152. §. 9. vers. aliud in fundo. Quamvis autem bulla ista nunquam recepta usu feratur, etiam Pontificiis Doctoribus, v. Gudelinus l. 3. de Iure noviss. cap. 3. n. 5 I. P. Busius, lib. I. de re dit ann. c. 8. n. 16. (ubi ex adverso disputat, contrariam consuetudinem, qua redditus tam à persona quam à re emere liceat, equam & rationi convenientem esse) Attamen mentem & Votum Pontificum abundè declarat. conf. super. art. 9. ult. Omnino Mantz. part. 2. pre lud. bell. civil. quest. 6. n. 46. & seqq.

XI. Dices: si iniquum fuerat reddituum emptores promiscuè admittere, non debebant id Principes tolerare? Res. iterum Tiberii voce ap. Tacit. l. 3. A. §. 3. 2. ibi: Omittenda aliquando censuerunt Pp. prævalida & adulta vitia quam hoc adsequi, ut palàm fieret, quibus flagitiis impares essemus. Nam potentissimi etiam Legislatores sæpè coguntur illicita quædam facta admittere, quæ non probant, moribus prævalentibus. Vt in l. 29. ibi: adumbrare patientiam, & l. 38. §. 7. ibi: utiq; si error allegetur, ad L. Iul. de adult. ubi C. I. A. th. §. l. 17. ibi: ignorantiam simulare. C. eod. add. Tacit. I. Histor. C. 18. n. 5. ibi: nocet antiquus (aliquando) rigor & nimia severitas, cui jam pares non sumus. Sic lupanaria coguntur Pp. tolerare; post Veteres Becanus in manual. Controv. l. 5. c. 16. n. 8. ut aliquando & honesti Viri in suis prædiis, l. 27. de heredit. petit. nec pœnam olim fornicationi audebant statuere, nec poterant infligere. l. 12. l. 29. §. I. C. ad L. Iul. de adult. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 4. cap. 19. Covarruv. in relect. c. quamvis 2. de pact. in 2. §. 7. n. 27. Farinac. quest. Crim. 137. n. 41. Berlich. §. conclus. 39. num. 5. Sic Sepulturam in Urbibus contra L. 12. tab. & Principum iteratas prohibitiones, l. 3. §. 5. De Sepulch. viol. aliorum induxit, vel ignorantia, vel avaritia, vel contumacia v. Dn. Carpzov. lib. 2. Iurispr. Consistorial. defn. 391. n. 4. conf. Jacob. Ardizon. in præfat. summa, de usibus feudorum: ibi: propter cõsuetudinem Longobardorum, legem impiam vetare non possumus in Lombarda, p. 3. Ioh. Gillet. de tutel. cap. 39. n. 218. ubi de trucidatione uxoris in adulterio deprehensæ, usu tolerata, exemplū adfert, contra l. nec in ea 22. §. ult. ad L. Iul. de adult. malè investita impunitate, argumēto legis mitigantis l. 38. §. 8. d. 1.

XII. Allegantur eodem circumventiones. (quas naturaliter, l. 16. §. 4. de minor. l. 22. §. 3. locati h. e. ἐμπροκῶς, novell. 77. ex natura negoti-

negotiorum, & vetustissima hominum consuetudine. l. 8. C. de rescind. vend. vid. omnino Hug. Grot. l. 2. de jure belli & pacis cap. 12. §. 28. Dinerum tr. de incert. rerum pretio admittere conditores iuris necessum habuere. Merenda lib. 1. controvers. cap. 33 ita scil. ferente non solum natura ipsius tractatus Emi venditi, sed etiam naturali propensione eorum, qui ad emendum accedunt. Ant. Fab. decad. 7. error. 110. n. 9. Wesemb. in parat. de dolo malo n. 7. f. 161. ex natura & usu commerciorum ac solertia humana. & in tit. de rescind. vendit. n. 4. Cujac. in recit. Cod. de rescind. vendit. pag. 373. Emtor enim quam minimo potest, emere cupit; Venditor, quam maximo potest pretio vendit. Ac sic plerumque diu de pretio disceptant, donec ad extremum consentiant: Cujac. d. loc. unde Venditor, qui carius distraxit lucrū sentire dicitur ex stultitia emtoris. L. 3. ad L. Falcid. quæ stultitia vocatur delictum in l. 51. de Edil. edict. c. pen. Extr. de his quæ vi metusve causa. Quæ ut cunque his & similibus coloribus excusentur: honestati tamen non usq; convenire, ipsâ iterum Juris consultorū cordatorum confessione declaratur, Cum Bald. in Auth. ad hac col. pen. C. de usur. Decius in comment. ad l. semper in Contractibus. 157. de Reg. Jur. H. Grotius d. cap. 12. §. 26. ibi licere in d. L. 16. §. 4. de Minor. signif. non quidē fas esse; Sed ita permitti, ut nullum contra proditū sit remedium in eum, qui se pacto velit defendere. Adeoque negant complures conscientiam permissione ista satis defendi, post Bald. Arnisaus l. 2. de Iurib. Majest. c. 1. n. 2. p. 217. conf. Levit. 19. v. 13. ac 25. itemq; 1. Thes. 4. v. 6. cum not. rec.) Allegantur eod. transactiones de criminibus capitalibus. l. 18. C. de transact. collato text. Nū. 30. v. 4. A. Matthæi fund. disp. 12. item retorsiones. l. quæ omnia 25. de procurat. contra 1. Petr. 3. v. 9. Rennemann. tr. de retorsion. Dispensationes v. Bonaguidam de Areno h. tr. cap. 1. & 2. Layman Theolog. moral. l. 1. tr. 4. c. 2. ¶ Sic alia quædam non puniunt jura, licet improbent, indeq; Legislatio resultet imperfecta & manca: post Ulpian. in fragm. Cuj. in recit. ad l. 8. §. 2. C. de necess. serv. p. 769. allegans in exemplum l. & si quis 14. §. Divus Marcus. 14. de religios. & sumpt. fun. ubi scriptum est à D. Marco: Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem Testator elegit, non rectè facere. v. l. 12. §. 4. d. tit. poenam tamē in eum statutā non esse. Eaq; occasione brocardicū hoc obiter annotavit, gl. ad d. §. 14. Aliquando illicitum ex causa non puniri, Alleg. l. 13. §. non perpetuo. 4. de sepulchr. violat. & l. heres. 12. de V. sufr. leg. l. 24. §. 5. solut. matrim. A. Fab. in rational. & Gothof. in not. ad d. §. 14.

Strassburg, Diss., 765A-52

ULB Halle 3
004 774 795




f

Sb.

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

DE SENTENTIA NO-
VELLAE CLX.
CAPITIS I. ET II. EXTRAVAG
De Emt. Vendit.
ALIORVM QVE IVRIVM
De Annuis redivibus Disponentium
Disputatio Publica

653.
Diss. XX
a.
xxx
1651, 13.
14

SUB PRÆSIDIO
DN. JOH. OTTONIS TABORIS,
U. J. D. ET ANTECESSORIS IN ILLUSTRAR-
GENTORATENSIVM ACADEMIA, JURIDICÆ FA-
CULTATIS SENIORIS, COD. ET FEUD. PLA-
CIT. P. P. CELEBERRIMI, Dn. PATRO-
NI ET PRÆCEPTORIS SUI
submissè colendi

PROPOSITA
à
JOHANNE GEORGIO WERNERZ/
Rotenburgo-Tuberano.

Ad diem 27. Augusti.



ARGENTORATI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI THILONIS.
ANNO cl^o l^o LI.

